UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori Ecclesiastici

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Formula Instrumenti positionis primi lapidis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62433

Visual Library

FORMULA

Inſtrumenti poſitionis primi lapidis.

In Dei Nomine Amen.

N. Presbyter ab Illuſtr. & Rever. N. Epiſc. Delegatus.

EXiſtens in loco N. vocabulo N. in quo N. intendit novam Eccleſiam ſub invocatione S. N. ædificare, ubi Crux lignea erecta conſpiciebatur, indutus Amictu, Alba, Stola, & Pluviali albi coloris, exorcizzata cum ſale, aqua, lapidem primum benedictum, in fundamento ipſius Eccleſiæ, ſervata forma in Rituali Rom. præſcripta, populo adſtante, ſolemniter poſuit. Et mandavit mihi Notario infraſcripto, ut de prædictis publicum Inſtrumentum conficerem, prout rogatus feci, præſentibus diſcretis Viris N. & N. Teſtibus. Actum &c.

Loco ✠ Signi.

Ita eſt N. Not.

Se poi ſi dovrà benedire qualche nuova Chieſa, & il Veſcovo, non potrà fare la funzione per ſe ſteſſo, può parimente delegare la facoltà ad un Sacerdote, e ſi ſtenderà nel modo ſeguente.

FORMULA

Delegationis Benedictionis Eccleſiæ.

N. N. Epiſcopus

Dilecto Epiſcopus

CUM in loco N. de licentia noſtra, reperiatur ædificata nova Eccleſia ſub invocatione S. N. & Nos gravioribus curis detenti illuc accedere ad illam benedicendum non valeamus: ideò tibi committimus, & facultatem delegamus, ut prædictam Eccleſiam adhoc ut in ea miſſæ, & alia Divina officia liberè celebrari poſſint, ſervata per te forma in Rituali Romano præſcripta ſolemniter benedicas. Volumus tamen ut præſentes delegationis litteræ unà cum actu publico benedictionis in Archivio N. reponantur, & exemplar authenticum d. actus ad Nos tranſmittatur. Datum &c.

N. Epiſcopus

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

E di

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN